BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dnm dicere refert; si ego in digito dei eiecio daemonia; Lucas quib; exponendo dix in spu dei;
Haq; labio mense aureo corona aurea quattuor digitis alta supponitur: quia purissima scorum praedicatorum eloquia spem supernae beatitudinis expectant; quae ministerio sci spis in quattuor sci euangelii libris descripta continentur. Nec solum predicatores ipsi praemium in caelis suii laboris accipiunt.
Uerum etiam omnib; sibi obtemperantib; eandem uitae coronam certae euangelicae ueritatis auctoritate promittunt; Bene autem eadem corona interrasilis fieri perciptur: quia nimirum aeterni retributio regni non indifferenter omnib; datur; sed pro qualitate accipientium distincte diuinitus examine singulis quibusq: distributis; Corona etiam aurea mense dni pura et non interrasilis esset. si claritas futurae iustorum retributionis aequalis omnibus panderetur. Instar uidelicet huius solis mundani.
cuius splendorem dis indifferenter sup bonos et malos facitorin; atque uasicut stella stellae differt in claritate. Haerit et resurrectio mortuorum;
Corona mense dni uariis distincta sculpturis sed copetenter ordinata ad posita est; Una etiam uita futura omnib; est promissa iustis. sed multa